

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt nonvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

foribus gaudijs fulgētibus aspectulis dominus adornauit, pro illis
intercedere tenemur, ut almi potens uelit auertere indignationem su-
am ab ipsis. Hæc in quâ sæua constellatio prægnantibus ac parturiē-
tibus miserabiles casus abortus indicit, & infantium & embrionum
decernit maxima discrimina. difficiles partus ac laboriosos præsa-
git, cum magno clamore ac summo dolore puerperæ partus edi faci-
et, uariosq; lugubres infortuniorū casus ac funestæ calamitatis incō-
moda puerperis ac natis ille malignus Saturnus indicit. Alijs mater
in ipso partu constituta nondū enixa morietur, Alij nondum corpo-
ris formatione completa, in maternis uisceribus præmoriēter. Alijs
uero lugubrem infortunij ac flebilem demonstrat casum, ut impedi-
to partu intra matris uiscera laniatis membris dissipentur, ut sic ar-
tuatis uisceribus, miseris lacerationibus membra omnia crudelis ar-
tificij chirurgici præsidio proferantur. Alium in primis uitæ cuna-
bulis constitutū inter initia uagiētis infantia, fugiētis animæ deseret
uita. Alter puer adhuc iam pubescentis ætatis, mortis repētino casu
subtrahet, multaq; & alia huiusmodi periculorū discrimina, & cala-
mitates puerperis & nouiter natis, Saturni uitio expectāda erunt.

CAPVT NONVM.



ET notandū q; hæc sæua constellatio quintam do-
mum ab horoscopo, quæ uoluptatū est, cōtami-
nat. consueta desideria, & natura inditas & in-
natas uoluptates peruertet, turpiumq; libidinū
maligno fomite, ac nepharia mentis cupiditate
omni cum intemperātia attētos, cultores & stu-
diosos efficiet perulātes, lasciuos, prauisq; semper desiderijs ac uitio-
sis uoluptatib; implicatos. uino & epulis crapulosa saturitate deditos
et circa uenereos actus illecebrī amoris incēdio impuros, sordidos,
fœtidus & impudicos. O quot p̄posteræ libidinīs instinctu puerorū
amoris & amplexibus absorptos faciet Italos: quot itidem Galli-
cos, quot impudici amoris uitia sustinētes cum effœminati corporis
mollicie impuros faciet cynedos: quot absconsa & loca sordida se-

N. iij.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Etantes impudicos faciet ganeas: quot turpium libidinū questu mi-
feros faciet lenones: quot illiciti amoris cupiditate accensos sollici-
tos faciet adulteros: quot incestu furoris ardore possessos sacrilegos
faciet incestuosos: nunc fornicatiōes, tunc stupra, tunc adulteria, tūc
incestus, tunc nepharias animi cupiditates. quos amor impurus exa-
gitat incestu libidinīs, desiderio graui foeditate explebunt. uitijis plu-
rimum incumbentes, & in brutorum morem uitam ducentes.

HIC STAT MONIALIS
apostata.

